



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

6. Administrationis totius ratio semel reddenda est, non partis alicuius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

ratio haberi: quia iusta causa est præstandi. Sed & si seruis cibaria præstiterit, vel libertis, scilicet rei pupilli necessarijs, dicendum est reputaturum. Idemq; est, & si liberis hominibus: si tamen ratio præstandi iusta intercedat. Item, sumptus litis tutor reputabit, & viatica: si ex officio necesse habuit aliquo excurrere vel proficisci. Hæc ille.

Tertia. Totius† semel administrationis red- 6  
denda est ratio, non partis alicuius, ut rectè dicit Bald. in l. Si plures. C. de conditio. insert. Tabolenus. ff. de conditio. & demon. Cui fundus (inquit) legatus est, si decem dederit: partem fundi consequi non potest, nisi totam pecuniam numerarit.

Quarta. † Omnium fructuum, qui percepti 7  
sunt, & qui consuetudine communi ex re administrata percipi potuerunt, ratio est edenda. Modestinus in l. Sine hærede. §. 1. de administra. tut. Damnum (ait) si quod accidit co, quia cautiones soluti veltizalis inuenta non sunt ad tutorem, cuius culpa admissa proponitur minimè pertinere. Modestinus respondit: Tutorem eorum reddituum nomine rationem pupillo